

tractiones Nestorij.¹⁷² Sunt alij paulo prudentiores, qui intelligunt rectum esse etiam ab hoste discere. Ideo, cum videant τὸ πανταχοῦ admodum male quadrare et audierint nunquam in ecclesia simile dogma receptum, emendant sese et suos socios, aiunt corpus Christi vera et physica locatione esse sursum in coelo sicut dextre, etsi non sine suo periculo, ostendit noster Philip-
 5 pus, sed rursus idem corpus sine locatione et vlllo respectu locali vere esse ex pacto in coena. Hic vero allegant omnipotentiam Dei praerogatiuam corporis Christi, addunt etiam apud physicos locum non esse proprietatem substantialem corporis, cum ipse Aristoteles determinauerit coelum, quod certe corpus
 10 est, in loco non esse¹⁷³ et praeterea multa alia magis miraculosa accidisse corpori Christi quam sit ista locationis ablatio. Nam et Christum penetrasse lapidem monumenti, ianuas clausas, ambulasse in mari, sustulisse sese in sublime.¹⁷⁴ Porro penetrationem dimensionum, leuitatem in corpore terrestri esse grauiora absurda quam illud prius. Firmiter igitur tenendum Deo ita ordinanti possibile esse verum corpus ibi sine loco statuere.¹⁷⁵ Vbi deinde de
 15 natura symbolorum loquuntur, monent tria in conspectu habenda:
 I. Symbola panis et vini, quae non vertuntur in substantiam corporis Christi, sed retinent suam naturam. II. Corpus et sanguinem Christi verum cum symbolis. III. Efficaciam corporis et sanguinis Christi vel fructum coenae, qui est
 20 donatio remissionis peccatorum et vitae aeternae. Ideo cuidam, quem maxime sui libri sese teste delectant, valde placet haec, quam vult esse suam, cum sit Bernardi distinctio. Triplex est manducatio: I. Symbolorum, videlicet panis et vini, quae etiam homini cum brutis communis est. II. Manducatio veri corporis, quae communis est piis et incredulis. [55:] III. Manducatio spiritua-
 25 lis corporis Christi, quae tantum est credentium.¹⁷⁶ Sed recens sicut haec aetas ferax est rerum nouarum vt olim Africa inuenti sunt artifices, qui et

¹⁷² Curaeus skizziert hier die Christologie, die von dem Württemberger Johannes Brenz in Auseinandersetzung mit der kurpfälzischen Theologie entwickelt und vertreten wurde. Vgl. etwa Johannes Brenz, Von der Mayestet Vnsers lieben Herrn vnd einigen Heilands Jesu Christi / zu der gerechten Gottes / auch von der waren gegenwürtigkeit des Leibs vnnnd Bluts Christi im Nachtmal. [...], Tübingen 1562 (VD 16 B 7787). Zur späten Christologie des Johannes Brenz vgl. Brandy, Christologie, hier vor allem: 169–205.

¹⁷³ Vgl. Aristoteles, De caelo I, 9, in: Aristoteles, De caelo libri quattuor, hg. v. Donald James Allan, Oxford 1936 (SCBO, ND: 1955), 279a, 9–11 und Aristoteles, Physica VI, in: Aristoteles, Physica, hg. v. William David Ross, Oxford 1950 (SCBO, ND: 1956), 212b, 17–22.

¹⁷⁴ Mt 28,2; Joh 20,19.26; Mk 6,45–52; Joh 6,16–21; Lk 24,51; Act 1,9.

¹⁷⁵ Martin Chemnitz in seiner Schrift REPETITIO SANAE DOCTRINAE DE VERA PRAESENTIA CORPORIS ET SANGVINIS DOMINI IN COENA. [...], Leipzig 1561 (VD 16 C 2207) und Tilemann Heshusius hatten in der Kontroverse um Christologie und Abendmahlslehre eine dezidiert von der Württemberger Position des Johannes Brenz unterschiedene Position eingenommen. Zwar vertraten sie ebenso wie dieser die Möglichkeit auch der menschlichen Natur Christi, an allen Orten der Welt zugleich gegenwärtig zu sein, banden diese Gegenwart aber an den Willen Christi. Die generelle Allgegenwart von Christi menschlicher Natur hatte für sie keinen Schriftgrund. Vgl. hierzu Dingel, Concordia controversa, 438–448; Krüger, Empfangene Allmacht, 104–113. 293–355.

¹⁷⁶ Bernhard von Clairvaux, Sermo in cena Domini, in: Bernardi opera. Bd. 5, hg. v. Jean Leclercq/Henri Rochais, Rom 1968, 70,8–13.